Nome________________________Cognome________________________ **Prova A1**

Argumentum

Breviter narratur de Horatio Coclite, strenuo viro, qui ponte Sublicio Etruscis restitit; postquam Romam imminenti periculo liberatam vidit, se deiecit in Tiberim et servatus est a deis immortalibus.

Horatius Cocles

Etruscis in Urbem ponte Sublicio irrumpentibus, Horatius Cocles extremam eius partem occupavit totumque hostium agmen, donec post tergum suum pons abrumperetur, infatigabili pugna sustinuit atque, **ut** patriam periculo imminenti liberatam vidit, armatus se in Tiberim misit. **Cum** dii immortales eius fortitudinem admirati essent, incolumitatem sinceram ei praestiterunt: nam neque altitudine deiectus* quassatus** nec pondere armorum pressus, **ne telis** quidem, **quae** undique congerebantur, laesus, tute natare potuit. Unus itaque tot civium […] duos **acerrima pugna** <u>consertos exercitus</u>***, alterum **repellendo**, alterum propugnando distraxit. Denique unus urbem nostram tantum scuto suo quantum Tiberis alveo defendit. Quapropter discedentes Etrusci dicere potuerunt: "Romanos vicimus, ab Horatio victi sumus".

* deiectus = saltus, us
** quassatus = turbatus
*** consertos exercitus = exercitus qui ad pugnam inter se venerant
**** distraho, -is, distraxi, distractum, distrahere = divido, -is, dividi, divisum, dividere

1. **PARAFRASI.** Completa la parafrasi inserendo al posto giusto 8 parole scelte tra quelle elencate dopo il testo (**INDICA IL NUMERO NELLO SPAZIO BIANCO**)

(max 8 punti)

Cum Etrusci in Urbem ponte Sublicio IRRUMPERENT, Horatius Cocles extremam **eius** partem cepit et totum hostium EXERCITUM acriter pugnando tulit. Deinde, abrupto PONTE post tergum suum, postquam patriam periculo imminenti liberatam viderat, salutis PETENDAE gratiā, armatus se in flumen misit. CUIUS virtutem dii immortales admirati, incolumitatem ei donaverunt: nam, nec armis pressus, ne telis quidem, quae hostes undique CONICIEBANT vulneratus, incolumis ad ripam tranavit. Unus omnium civium itaque, DUORUM exercituum alterum reppulit alterum defendit, postremo eos distraxit. Denique unus omnium civium urbi nostrae munimento fuit. Traditum est igitur Etruscos discendentes DIXISSE: "Romanos vicimus, ab Horatio victi sumus".

1. CUIUS	5. CONICIUNT	9. PONTI	13. CONICIEBANT
2. MULTORUM	6. EXERCITUM	10. IRRUPISSENT	14. DUORUM
3. PONTE	7 DIXISSE	11. CUI	15. DICTUROS ESSE
4. IRRUMPERENT	8. PETENDUM	12. EXERCITUS	16. PETENDAE

2. **Leggi le seguenti affermazioni e barra la risposta esatta**. (max 8 punti)

1	Etrusci in Urbem ponte Sublicio irruperant	**V**	**F**
2	Horatius Cocles totam pontis partem occupavit partemque adversarii agminis infatigabili pugna sustinuit	**V**	**F**

3	Horatius Cocles cum suis militibus armatis se in Tiberim misit	**V**	**F**
4	Quia dii immortales eius fortitudinem admirati erant, incolumitatem non ei praestiterunt	**V**	**F**
5	Horatius, cum neque altitudine deiectus quassatus nec armorum pondere pressus ne telis quidem laesus esset, tute natare potuit	**V**	**F**
6	Tela undique congerebantur	**V**	**F**
7	Unus Urbem nostram tantum scuto suo quantum Tiberis alveo defendit, sed tarde id fecit	**V**	**F**
8	Etrusci dixerunt se Romanos vicisse sed ab Horatio victos esse	**V**	**F**

3. Scegli la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano **E RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (n.b. : fa fede solo quanto riportato nella tabella sottostante)**
(max 6 punti)

1. Quando Horatius Cocles pontem Sublicium occupavit?
a. Postquam pons post tergum suum abruptus erat
b. Cum Etrusci in Urbem irrumpebant
c. Dum hostium agmen sustinet
d. Priusquam pons post tergum suum abruptus est

2. Cur Horatius Cocles se in Tiberim misit?
a. Quia patriam liberatam viderat
b. Quia pons post tergum suum abrumpebatur
c. Quia hostes extremam pontis Sublicii partem occupaverant
d. Quia patria in periculo imminenti viderat

3. Cur dii immortales eum incolumem fecerunt?
a. Quia totum hostium agmen sustinuerat
b. Quia extremam pontis Sublicii partem occupaverat
c. Quia eius fortitudinem admirati erant
d. Quia acriter pugnaverat

4. Cur Horatius Cocles non laesus est telis undique congestis?
a. Quia magnam fortitudinem habebat
b. Quia hostes eum servare volebant
c. Quia armis suis tegebatur
d. Quia dii immortales eum custodiebant

5. Quid laesit Horatium Coclitem?
a. Armorum pondus
b. Tela undique congesta
c. Altitudo deiectus
d. Nihil laesit Horatium Coclitem

6. Quomodo Horatius Cocles Urbem defendit?
a. Cum suis civibus acerrima pugna duos consertos esercitus distraxit
b. Unus omnium civium duos consertos exercitus reppulit
c. Unus tot civium Etruscum exercitum reppulit et Romanum exercitum propugnavit
d. Auctor nihil dicit

1	2	3	4	5	6
B	A	C	D	D	C

4. Scegli la risposta corretta fra quelle proposte, in base a quanto hai letto nel brano **E RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (n.b. :fa fede solo quanto riportato nella tabella sottostante) (max 8 punti)**

1. R.1 **eius** è riferito a:
   a) Urbem
   b) Ponte
   c) Horatius Cocles
   d) Partem
2. R.3 **ut** introduce:
   a) Una dichiarativa
   b) Una finale
   c) Una consecutiva
   d) Una temporale
3. R.4 **cum** è:
   a) Congiunzione coordinante
   b) Congiunzione subordinante con l'indicativo
   c) Congiunzione subordinante con il congiuntivo
   d) Preposizione
4. R.5 **ne** è:
   a) Congiunzione subordinante con l'indicativo
   b) Congiunzione coordinante
   c) Avverbio
   d) Congiunzione subordinante con valore finale
5. R.6 **telis** è:
   a) Complemento di mezzo
   b) Complemento d'agente

   c) Complemento di causa
   d) Complemento di causa efficiente

6. R.6 **quae** è:
   a) Pronome relativo neutro
   b) Nesso relativo
   c) Pronome relativo femminile
   d) Pronome indefinito
7. R.7 **acerrima pugna** è:
   a) Complemento di mezzo
   b) Complemento di causa
   c) Complemento di causa efficiente
   d) Soggetto
8. R. 7 **repellendo** è:
   a) Un gerundivo
   b) Un gerundio
   c) Un participio presente
   d) Un supino

1	**2**	**3**	**4**	**5**	**6**	**7**	**8**
B	**D**	**C**	**C**	**D**	**A**	**C**	**B**

5. **Trasforma le seguenti proposizioni evidenziate dal maiuscolo secondo quanto suggerito (max 4 punti)**

A. R. 3: UT PATRIAM PERICULO IMMINENTI LIBERATAM VIDIT, armatus se in Tiberim misit
Cum patriam periculo imminenti liberatam VIDISSET, armatus se in Tiberim misit (**si usi il cum narrativo**)

B. R. 2: HORATIUS COCLES EXTREMAM EIUSPARTEM OCCUPAVIT
Ab Horatio Coclite extrema eius pars OCCUPATA EST

C. R. 10: DISCEDENTES ETRUSCI
Dum Etrusci DISCEDUNT

D R. 6: Horatius Cocles non pondere armorum PRESSUS tute natare potuit.
Horatius Cocles, QUI/QUIA non pondere armorum pressus erat, tute natare potuit.

Nome________________________Cognome________________________ **Prova A2**

PROVA A-2

Aiutandoti con il riassunto, inserisci la parola adatta declinandola o coniugandola nella forma richiesta dal testo.

Argumentum

Breviter narratur de Romulo qui, ab Acrone ad pugnam lacessitus, maluit certare sine suo strenuo exercitu. Fortuna Romulo iuvavit, qui hostem vicit et praedam Iovi Feretrio obtulit.

Romulus cum Acrone dimicat

Redeo nunc ad Romulum, qui ab Acrone Caeninensium rege ad dimicandum provocatus, quamquam et numero et fortitudine militum superiorem se crederet, tutiusque erat toto cum exercitu quam solum in aciem descendere, sua potissimum dextera omen victoriae corripuit. nec incepto eius fortuna defuit: occiso enim Acrone fusisque hostibus opima de eo spolia Iovi Feretrio retulit. hactenus istud, quia publica religione consecrata virtus nulla privata laudatione indiget.

Desum, dees, defui, deesse.

Fortitudo, -inis

Laudatio, -nis

Occido, -is, occidi, occisum, -ĕre

Provoco, -as, provocavi, provocatum, -āre

Spolium, -ii